



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

XVI. De eo quod supra 12. cap. Super eo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

ANNO
CHRISTI
1179.

CAP. XV.

*Idem Rhemensis archiepiscopo. Pars capituli,
Cum sit Romana.*

Si in vna causa aliquis appellauerit, & pendente appellatione aliquod crimen committat, vel prius commisisse dicatur, vel modo etiam accusetur vel conueniatur de alia re, super qua non sit appellatum, & illam perferri contingat ad audientiam iudicis, a quo etiam in alio negotio appellauerit, tum potest si voluerit tamquam suspectum vitare. Alioquin debet iudicio stare illius, a quo appellatum est, maxime si iudex suus ordinarius existat.

CAP. XVI.

Consuluit nos fraternitas tua, vtrum recusationes admittere debeas in causis, quas absque remedio appellationis tibi committimus terminandas: Super quo discretioni tuæ taliter respondemus, quod licet sacrae leges tale remedium admittant, cum censuræ sacrorum Canonum aliud remedium præter appellationem non admittant, cum licitum sit secundum statuta Canonum ante litis contestationem, & in ipsa litis contestatione, & post decisionem causæ, ad appellationis remedium conuolare. Ideoque remedium recusationis non debes admittere, si quando causas aliquas tibi commisimus, appellatione remota, terminandas. Verumtamen cognitioni causæ, quæ vertitur inter B. & nepotem Baldevvini, volumus in præsentem vt superfedees, quia vtraque pars conspectui nostro se præsentauit.

CAP. XVII.

Idem Exoniensi episcopo. Pars capituli, Significasti;
supra de potestate iudicum.*

Appellationi, si qua super aliquo casu ab alterutra partium fuerit interposita, nisi appelletur ab ipso, cui causa sit, appellatione remota, commissa, cum debita est deuotione deferendum.

CAP. XVIII.

Idem Lucius III. Vu. Lincolnienſi episcopo.

Postremo præsentibus literis fraternitati tuæ intima-
Bbbb iij